Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



phemasti. Domaior cum etiam mei nominis ignominiam non solum p te ueniam etiam p seruos tuos obprobria et blasphemias in me iaculatus es. Dicisti q̃ in multis quadrigis tuis mõtes ascendisti et ualuas ciuitates cepisti nunc autem in lubanum et carmelum in ciuitatẽ meã Jerlim mittam et electas eius cedros q̃ abietes seruos interficiet et fideles meos succidet minans iactas te de immenso exercitu cu pre multitudine tui et puteos bibentium non sufficiant. s: omnibus exsiccatis alios te fore compellant. audi q̃ que sequuntur.

Dnunquid non audisti quæ olim fecerim et diebus antiquis: Ego plantaui illud et nõ aduiui et factum est in exterminationem collium compugnantium et ciuitatum munitarum. Habitatores earum breuiata manu contremuerunt et confusi sunt facti sunt sicut fenum agri et gramen pascue et herba tectorum que exarescit antequã maturescat. Gaius inquit omnibus notum est que olim fecerim et diebus antiquis. Q̃ enim reges Assyriorum terras et regiones earum deserta fecerunt non illorum uiribus sed meo uoluntate factum est. Ego plantaui ego exaui ego feci illud cuius insania nunc quoque mundus conturbatur et aduiui et huc meo nutu uenit. Et me permittente factum est in exterminatiõem collium. Rex quoque siquidem sublimium regum interficiet et principum inter se compugnantium qui si inter se concordiam habuissent adhuc ab eo inuiti non exiuit. Factum est in desolationem ciuitatum munitarum. habitatores earum breuiata et contracta manu mea neque solum me p̃sente auxilium contremuerunt et confusi sũt facti sunt sicut fenum agri amissa uiditate et ũtute. huius impii regis falce secati exarescit et eius pereunt.

Habitationem tuam et egressum tuum et introitum tuum cognoui et insaniam tuam contra me cum furores adusum me superbia tua ascendit semp in aures meas. Donam ergo circulum in naribus tuis et frenum in labris tuis et reducam te in uiam p quam uenisti. Habitationem inquit tuam in qua sedes est archa nec et egressum et introitum tuum ego cognoui. Vnde ueneris ad quod tendas quomodo natus quomodo morituus quomodo uiuas quomodo finias optime noui et insaniam tuam contra me audiui cum furores adusum me dicens ezechie fuo meo non te recipiat ds tuus. superbia tua ascendit in aures meas. Donam g̃ circulum in naribus tuis et frenum in labris tuis et in camo et freno maxillas eorum constringam ut meum nomen ultius blasphemare nequeas et contra me loqui non presumas et reducam te in uiam p quam uenisti ut cognoscatur q̃ iter tuum non in tua sed in mea sit potestate.

Hibi autem hoc erit signum. Comede hoc anno que sponte nascuntur et in anno secundo pomis uescẽ. In anno autem tertio seminate et metite et plantate uineas et comedite fructum earum. Et mittet id quod saluati fuerit de domo iuda et quod reliquum est de radice in deorsum et faciet fructum sursum. Quia de ierusalem exibunt reliquie et saluatio de mõte syon. Zelus domini exercituum faciet istud.

Tibi inquit o rex ezechia et Jerlim hoc erit signum q̃ hec omnia que dicta sunt complebuntur. quoniam hoc anno non prestabitis labores tuos si que sponte nascuntur et que fideles terra tibi germinauerit comedes. Et in anno secundo quoniã ciuitas obsidione premetur pomis uescẽris et eis que in ortis nascuntur. Vnde magis artãtur ecs in secundo anno pissimus significat. simulq̃ ecs cantes redit ut tempi futuro prouideant. In autem tertio soluta obsidione seminate et metite plantate uineas et secum expulso hoste comedite fructum earum. Et hoc in uenerate secunde quia semen quod saluatum fuerit de iuda et reliquie Jerlim mittent radicem in terram deorsum et firmabit pedem ut ab hostibus euelli nequeat. Et facient fructum qui ualde crescet qui sursum ascendet qui celestia regna petet. Quia de Jerlim exibunt reliquie et saluatio de monte syon. Iste enim reliquie applicant quecumque de Jerlim ubique terrarum salutem predicauerunt. Et notandum q̃ sole reliquie semp saluan dicuntur. Multi enim sunt uocati paucis uõ electi. Zelus et amor domini exercituum quem hr erga Jerlim et montem syon faciet istud. De quo etiam scriptũ est. Zelus domi tue comedit me.

Propter hec dicit dominus de rege Assyriorum non introibit ciuitatem hanc et nõ iaciet ibi sagittam. Vel: in hac presenti anno non occupabit eam clypeus et non mittet in ciuitatem eius aggerem. In uia qua uenit p eam reuertetur et urbem hanc non ingredietur. dicit dominus. Protegamq̃ ciuitatem istam et sal